

lachrymas. Plures macule eluendae aqua lachrymarum, verum Ierusalem tantis criminibus non habeat fletum: vocanturque in fletum lamentatrices, ut illarum lachrymae iungantur lachrymis; & fiat iniquitatum purgatio toto possibili fletu. Flenda sane, ut par est, iniquitates: flet proprijs lachrymis cor, at non plorat, ut par est. Flenda utique iniquitates, verum vocanda, ut plorent, lamentatrices: tunc plorate, tuncque memores estote; ut e palpebris decidat lachryma, dolorem criminis excitante memoria: igitur si lachrymis uberibus multo fletu, aboletur peccatorum multitudo; ut sumergatis lachrymis molem multiplicis criminis, rapietis fletum a lachrymantium oculis. Crimen recolligite, quoniam fletus abundans tantum a fonte memoriae, effusus lachrymis adamusum sceleris: equidem tanta offensae non ploratur adequat; quippe non est qui recogitet corde. Estote memores, dum plorant lamentatrices: igitur memoria ut serio ploret, lachrymas ad se trahit, quascumque dolens invenerit.

18 Duo mira mihi occurrunt in passione Domini, fletus scilicet pendens in cruce, & nullus fletus in matre. Fletus filij dicitur a Paulo: *Cum clamore valido & lachrymis*. Non fletus genitricis ab Ambrosio: *Stantem lego, plorantem non lego*. Ita de *Obitu Valentiniani* in medio. Mater plena lachrymis erat, unde dicitur *Lachrymosa*, ut late dicimus *Didasc. 6*. Mirum namque esset, non quod ploraret, sed quod non ploraret: sicut mirum, quod Christus totus in poenas, moribundus, exanguis haberet lachrymas. Qua igitur natura lege lachrymae videntur in pene cadavere, & nullo modo videntur in genitrice? Artificio furacis ingeniosae memoriae. Absorbuit a Virgine lachrymationem, cum vidisset Iesum matrem.

*Amplius* (insit qui dudum lib. 23, in *Luc.*) *solicitude mater na, quam suae mortis aestivata, dolori*. Excitavit memoria matris dolorem, dum e cruce vidit lachrymantem: & lachrymati non potuit, dum filius dolens dolentem & fletentem vidit; quippe tenerimam memoriae tanti doloris, surripuit fletum ab oculis plenis matris. Hic dolor ex amore atque matris solitudine: in qua copiose plorante nullus invenitur luctus; quippe Christus cruce pendens fletu transfudit in pectus.

19 Fractis latronum cruribus, saevitia Iudaeorum Christi non fregit, cum mortuum iam invenisset, sed unus militum lancea latus eius aperuit: *Et continuò exivit sanguis & aqua*. O clementiae magnitudinem! Etiam vulneratibus praebet & sanguinem: cui studio

aqua adiungitur, ut conser homini vulneranti, unde purificetur; quippe sine huius sanguinis aqua, nulla ab homine delerentur crimina. *Exiit sanguis & aqua*, in pectore Christi deposita. Sanguis sane a venis: aqua verum unde? A matris lachrymis. Sciant homines, quanti apud illum lachrymae, cum illas servet in pectore. A matris lachrymis, & in alienis oculis? Ut ploret oculus, habet laticem pectus: imò pectus sanguinem & aquam plorat, quippe cadaver lachrymari nequibat. Non latus, sed oculus fons lachrymarum: & corde Christi invenitur depositum; quia memoria conduxit in sinus pectoris, quem fletum invenit in oculis genitricis. O amoris & doloris recordatio! Lachrymas matris posuit in conspectu suo: equidem quem premebat urens sitis, exspiravit clamore valido & lachrymis.

20 Qui carnem peccati non peccator assumpsit, sicine plorare pro peccato docet: equidem vulnera pectoris, ut curentur, ploranda lachrymis sanguinis. Vulnus in corde lancea factum signat acuitatem culpe: crux, cui fixus, statum poenitentiae: simulque prodeunt e corde compuncto sanguis & aqua, ut cadaveri restitatur gratia vitae: siquidem poenitentia debet omnino erimen, si dolens severit ob vulnera vulneribus sanguinem. Iecirco in situ vulneris, aquae latex sanguinis comes. *Exiit sanguis & aqua*. Si fletus signatur unda; ubi vulnus, ibi fletus, & sanguinis, ut decantur humore vestigia criminis.

*Hac erit a lachrymis facta litura meis*. Succinit Propert. 4. *Eleg. 3. vers. 4.* igitur tunc maior in poenitentia speciositas, si literarum criminis fletus fecerint lituras. *Neve literarum pudeat, qui viderit illas*.

*De lachrymis factas sentiat esse meis*. Videant & confundantur zelantes, cum non viderint maculis speciosis lachrymarum maculas criminum. Amittitur apud iudicem peccati memoriae lachryma: hinc pretiosissima.

*Cur ne placent ulli, si sunt in fletibus orae* Deperit, & lachrymis non decor iste tibi.

DIDASCALIA VI.

*Iuxta crucem Redemptoris planctus sine planctu Virginis.*

O Quam tristis & afflicta fuit illa benedicta, mater unigenitae pendens, at morientis in cruce!

Clementia Christi qualis

Lachryma Christi in cruce a matris lachrymis

Ad vulnera pectoris fletus sanguinis

Ubi vulnus ibi fletus

Propert.

Ovid.

E lachryma litura speciosa

Idem.

Hebr. 5. 7. Ambros.

Solitu de Virgini.

Ioan. 19. 26. Ambros.

Dolor a fonte memoriae furatur lachrymas per amorem a dolente.

Ibid. v. 34.

*Interdum ille dolor plus quam lex ulla dolori concessit.*

Non mirum, quod ultra poenam fauciat pectoris poena; dum sine fletu lachrymabatur anima. Domino de seir exeunte, data lege, *Terra mota est, caligine ac nubes distillaverunt aqua*, dixit Debora. Vitum expressius cum daretur lex gratiae, quod factam in fulminatione legis scriptae. Terra mota est, petra scissae sunt, caeli sidera Matris virginis distillarunt aquis: sed nunquam viso acie doloris: igitur natantes lachrymis aditanda: nabium oculi, serenitate mirae rutilabant sicut caeli. Intrantur aquae usque ad animam obrutam fletu, verum itella vultus manentes in ordine & cursu suo. Claruit utique animae plandus, ceterum sine lachrymis amaritudine plenus. Lachrymosa describitur, atamen fletus tacetur. *Stantem lego, plorantem non lego*, ut vidimus ex Ambrosio, *Didasc. 5. num. 18*. Fletus constat vehementiore amaritudine; quippe lachryma sine lachrymarum conditione. Lachrymarum sine lachrymis acerbitate doloris; igitur sine fletu dum lachrymarum oculus, sanequam usque ad animam dolor acerbis.

2 Sedecias a Magno Nabucho capitur, ac eius iussa in Babylonem mittitur: verum prius filios eius coram illo iugulavit, & post etiam eius oculos eruit. *Filios autem Sedecias occidit coram eo, & oculos eius effudit.*

Semper crudelitas exitit ingeniosa: hic pervenit quod non ultra. Eruerit oculos & post occidere filios, esset blandimen vel in tractu amaritudinis; igitur oculos patris arceret ab spectaculo crudelis executionis: ceterum patra coram illo filiorum morte, oculis patrem orbare; apex videtur cruciamoniam: quandoquidem Siciliani non invenere tyranni maius tormentum. Claret. Oculi non solum sunt organa in vitum, sed etiam officina lachrymarum: plectiturque Sedecias vivens cruciamine fummo, tum no crudelitate ingenio: equidem nulla maior crudelitas, quam excitare & impedire lachrymas. Solutium miseris collocatur in lachrymis, & hic sic na prevaluit doloris, tragedia coram, qui possit fundere lachrymam: siquidem cessi mors filiorum intimus dolor; adhuc in pectore maior, carere oculis in fletum, postquam viderant dadum tristissimum spectaculum. Dolor excitatur poena, & pro refrigerio lachryma: obijcitur dolor lachrymis, tanquam speculis cordis: intendit cor guttis exprimere urgentem molestiam, verum in expressionem nec habet gutturam. Remittit versus oculos mate-

Summa crudelitas, excitare, & impedire lachrymas.

Idem.

riam in congruum fletum, corque patitur naufragium per refluxum: igitur cum non habeat, qua cor liquefactum fuit, lachrymarum recurfus cor in pectore praefocat. Exitum habet per oculos dolor pungens, & liquor effluens: orbisque oculis, interfectis filijs, miser acriora tormenta patitur; quippequam nullum crudeliter in diritate cognoscitur, quam cor conducere in oculos torquentem inundantem lachrymarum, & invenire simul ad exitum clausum offitium. Reprimere fletus, est tyrannidis industria; ne lachrymis ad subsidium invitetur clementia: ceterum occidere filios, & post patris effodere oculos; cruciamen dirius in subtili tyrannide: igitur non tantum prohibuit patrem mortem filiorum plorare sed etiam plorare posse.

3 Lachrymosa iuxta crucem stat Maria; sed minime lachrymans, est lachrymis plena. Lachrymae, quae mororem & caedia levant, Virginem iuxta crucem magis aggravant. Erant lachrymae sine proprietate lachrymarum: lachrymae, sed non in fletum: cumulanturque animae ploranti acriorem amaritudinem; quippe poenis fletis absuit fletus, poenarum dulce solamen. His intelligitur, nulla in lachrymis visa lachryma, Simeonis de dolore Virginis propheta. *Tuum ipsius animam pertransibit gladius*. Gladius animae immisulus, magnum indicat vulnus. Non magnus, si plorat oculus. Ex animae dolore magna doloris acerbitas; quippe levis, si dolor quiverit mitigari per lachrymas: gladius utrobique: verum tantum gladius animae plorare velle, & non posse: igitur gladius & gladius, vulnus super animae vulnus, lachrymis uberibus excitare cordolium, & non invenire flumina exitus naturales lachrymarum. Ex homine animae vulnere: constat in planctu amaritudine animae. Fletus animae vili tribus potentijs praecedentibus Didascalij: atamen non exposita amaritudo fletus. Flevit Ezechias, ut vidimus, & copiose, quia flevit in amaritudine animae. Si ita singularis planctus, prorsum singulare vulnus. Flevit anima Ezechiae, vel flevit Ezechias amaritudine animae. Fontes lachrymarum, quibus anima exprimit internas poenas, sunt memoria doloris, intellectus & voluntas. Aliter animae lachrymae quatenus sunt a potentijs ex obiectis specibus doloris, & aliter quoties ex dolore animae sunt in potentijs. Si a potentijs, sic doloris mitigatio: si in potentijs, vehementissima in anima amaritudo: igitur si ab intellectu, voluntate, atque memoria exoritur; per in-

Etiam fletum fletu

Ioan. 19. 25

Quinam gladius in anima Virginis

Luc. 2. 35.

Quanam amaritudo in anima fletu

Isai. 38. 15.

Discrimen fletu animae a potentijs, & in potentijs.

fluxum ex oculis anima educitur lachrymosa in refrigerium: verum in potentij plenae sunt amaritudinis; quippe lumina pulsantes nunquam egrediuntur foris. Est fletus ex doloris indicio: sunt sine lachrymis amarissima lachrymae: quandoquidem animae gravissima amaritudo cordis hinc inde quassatio, oculos habere ad confictum acutissimi cruciaminis, & lachrymam non exprimere tanquam indicem doloris.

4 Intellectus fecit fere Magdalenam, Iosephum voluntatis flamma, Petrum memoria. Per has à potentij lachrymas, doloris explicat acerbitas. Est planctus amarus, sed anima non amara conditione utilis huiusmodi fletus: equidem quantumvis cordolium premar, per oculos lachrymantem pectus oppressum respirat. Lachrymae sunt, sed anima refrigeria; quoniam pervia oculorum in fletum porta. Lachrymae Virginis fuerunt in potentij: ad animaque penetralia impactus gladius in vulnus; quia sine lachrymis copiosissimus fletus. Habuit oculos, ut filium mori videret; non ut morientem, vel etiam mortuum ploraret: & sine lachryma illachrymat in animae amaritudine; quoniam non in oculis, sed in pectore lachrymae. Lachryma erat interea, qua amaritudo amarissima, sine nota lachrymarum; igitur non fletus, sed dolores tantum insignia dolorum.

In Maria sine lachrymis copiosus fletus.

Ovid.

Quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati flere vetat?

Seneca.

Ut canit Ovidius 1. de Remed. v. 127. Donabit lachrymis maternis filium, inquit Seneca 2. de Clement. cap. 6. Quis enim removeret à lachrymis matrem? Ars doloris in diram amaritudinem.

Martial.

Quantum cura potest, & ars doloris! Succinit Martial. lib. 7. Epigr. 38. O schola, cuius in studia continuo discit & discere natura humana! Datur ars in sphaera doloris, quoties poena crudelis; quippe dum excessiva, quae sustinet omnia, insufficiens fragilis humana natura: lachrymae extra oculos non sunt: & in animae amaritudinem doloris accedit ars; quippe tantum arte doloris excogitabile, quod sine fletu essent lachrymae interea.

Unde anime vulnus.

5

In praesagium expugnandae Ierusalem à Godefrido Bullonio, sagitta tres ardeas volantes simul transfadegit uno ictu. Vide Octavianum Strad. Tom. 2. Symbol. 24. Sylvestr. à Petra-Sancta lib. 6. de Symbol. Heroic. c. 14. Ardeam nunquam pluviarum humor humectat, quoniam ultra nubes volat. Unde Virgil. 1. Georgic. vers. 364.

Virgil.

Altam supra volat ardea nubem.

Intellectus voluntas & memoria sanè libera à lachrymarum pluvia: quippe superfluis volant, quam humectet aqua. Expugnanda erat Synagoga sanguine Christi morientis in cruce: & plena lachrymis ardere; quoniam dolor amaritudinis animae iacens valide fagittam, uno ictu penetravit trinam Virginis rationalem potentiam. Indicat Ambrosius ita (de Obi. Valentinian.) subtiliter de vulnere ac animae lachrymis differens. Lachryma & mentem allevant: fletus refrigerant pectus, & maestum solantur affectum. Pendet in mente intellectus, in pectore voluntatem, in affectu memoriam, ut tres potentie in refrigerium sollicitent lachrymam: verum quid erga Mariam? Durum quidem funus (inquit) sed stabat Maria iuxta filii crucem, & spectabat Virgo sui unigeniti passionem. Stantem illam lego, stentem non lego. Si lachrymas vocat potentiarum levamen, quomodo Virginem signat iuxta crucem stantem & non stentem? Ut clareat discrimen lachrymationis à potentij & in potentij. Si à potentij fletus, est amaritudinis mitigatio: si in potentij, est animae amaritudo: igitur usque in animam gladius, validius vulnus, atque summa amaritudinis; quoniam lachrymae à tribus potentij, lachrymari sine lachrymis.

Fletus qualis rationalium potentiarum?

Ambros.

6 Percipitur modo lugentis animae Virginis angor & amaritudo. Observa Ecclesiae lugubria carmina.

Stabat mater dolorosa, Iuxta crucem lachrymosa, Dum pendebat filius. Cuius animam gementem Contristatam & dolentem Pertransiit gladius.

Obijcitur anima Virginis ex cruciamine passionis, & gemens, & tristis, & dolens. Gemens lachrymis intellectus, dolens fletu voluntatis, tristis ex planctu memoria. Planctus novus, planctus rarus, planctus heroicus. Novus ex intellectu, rarus ex voluntate, heroicus ex memoria; & semper singularis, quia in trina rationali potentia. Unde Funus ab Ambrosio dicitur durum; quoniam potentiarum fletus sine humore lachrymarum. Haec igitur exponenda, licet plus solito protrahatur Didascalica.

Anima Virginis gementis tristis, & dolentis.

7 Gemens iuxta crucem stat Virgo, & vulnerato intellectu. Innuir Gregor. Nazianzenus, Traged. de Christo patiente: Qua mente tamen perpeti! Nunc gravis dolor premit, Invicata mentis, sed manet constantia.

Gregor. Nazianz.

Virginis pectus secutus est planctus: equidem tamen dolores usque in animam urgebant

Quo modo fletus intellectus?

illius

Ezech. 24. 26. 17.

Anima cruciatur si fletu dolor fletur.

1. Reg. 30. 4. 6.

Si cor & fletus stant.

Virg.

bant; cor atque planctus stabant. Proprietas planctus est ex oculis fluxus. Quomodo sine fluxu oculorum, adest in Virgine planctus? Lachrymatur intellectus, vulnerata anima cuspidem intellectus vulneris: & ubi isthinc structura doloris, sunt lachrymae sine lachrymis. Sine lachrymis non esset dolor: cum lachrymis respiraret angor; danturque lachrymae in dolorum indicem, sed sine fletu in ullam respirationem: equidem anima gemens amaritudo intellectus nullum habitura subsidium ex subsidio solamine lachrymarum.

8 Dum ab Ezechiele tollitur desiderabile oculorum suorum, audit sic à Domino praecipitum. Ingemisce tacens. Non planges, neque plorabis, neque fluent lachrymae tuae. Quomodo tacebit, si pra dolore ingemiscit? Sentias, verum non effundas lachrymas; ne effusus lachrymis sentiant, quid senseris: igitur altius vulnus animi, ubi lachrymae effunduntur pra dolore, verum non sentiuntur lachrymae. Dicunt lachrymae tormentum, quod constat ex eo quod dicunt. Ingemisce, verum tace; ut constet vulnus ex mente, ablato desiderabili oculorum, cum stendi sit desiderium: etenim animae grave, dolorem intime pati, nec lachrymis velle dicere. Siceleg. civium anima tanta ruina erat amara, & pra amaritudo planxerunt, donec desierent lachrymae. Tunc cognoscitur animae amaritudo, ubi lachrymae poenam dicentes desiciunt: ubi in pectore dolor scribit, quod fletus tacet: sitque iactura lamentabili planctus, verum non videtur fletus; quippe summa ex cruciamine stentis amaritudo, si nulla videtur in oculis lachrymatio. Constantiam pectoris indicat, qui sicine plorat: equidem cum dolor in fletum intet, & maior dolor ex continentia constet; acrior aegritudo fit, vehementius angitur cor; si simul ram cor quam fletus stat. Dolor lachrymas provocat, verum in acriorem revocat, ut qua lachrymae subsidium, revocatione exulcerent magis animum: igitur iam non vulnus vulnus animi, sed velle plorare, atque plorare virgine.

9 En fletus, fletus Virginis speculum, dum ab illa tollitur desiderabile oculorum suorum, & in crucem tollitur, ut ab oculis tollatur. Haud secus assiduis hinc atque hinc vocibus illo Tunditur, & magno persentit pectore curas: Mens immota manet: lachrymae voluntur inane. Ingemiscit, verum tacet: in lachrymasque liquatum stat immobile cor; quippe lachry-

mae ab illo eliciuntur, sed non fluunt. Non intendit Virgo plorans in solamen, sed in angorem. Si oculi ex dolore cordis fluere lachrymis, cum fletu exiret amaritudo cordis. Mens non immota maneret, si cor per lumina fluere. Unde cum haberet immotam mentem & dolorem stabilem, quae daret in oculos in signum amaritudinis, lachrymae excussae voluebantur inanes. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo? Ita maestus clamat Ieremias. Observa: capiti & oculis lachryma. In capite, intellectus quasi in folio proprio refidet: aliquando dolor gravis illum in lachrymas urget: petitque fontem in oculis, ubi aqua manat scaturigine capitis; quippequam cordis intolerabile vulnus, oculos non lachrymari, quod deplorat intellectus.

Pulvis intellectus aridus oculum.

Ierem. 9. 1.

10 Fontem lachrymarum & plorabo. Quorum ergo lachrymae, nisi in fletum? In stagna lachrymarum. Sunt lachrymae sine exitu, ex dolore gravi; sunt lachrymae etiam, quae plorant oculi. Si istud doloris perflugium adit, corda cruciatu non supprimit: & ille exoptat lachrymas, verum ut ploret; quippequam corda lachrymas illas molestissime ferunt, quae lachrymae non possunt. Fletum & lachrymas petit, dum angoris cognitione dolet: quandoquidem acerbitas singulariter nova in pectore faucio, faucij pectoris lachrymae, sed sine fletu. Ex dolore oriuntur lachrymae, quibus viscera respirant à dolore. Lachrymae profecto doloris oblectamentum, maestitudinis solatium: lachrymasque petit, & quod ab oculis fluant; non poenae graviores sine solamine fiant: etenim mavult tolerare dolorem vulneris, quam tormentum lachrymarum sine lachrymis. Quis oculis faciet lachrymarum fontes, imò maria, in quae summergantur, quae video, tristia? Quis commodabit lachrymas, & plorabo? Desiderium novum: sunt lachrymae sine fletu? Utique à potentia intellectiva vulnerata, ut magis vulneretur vulneris intelligentia: equidem vulnus profundius in vulnere, habere lachrymas & plorare non posse.

Et lachrymae sine fletu.

11 Potum dabis in lachrymis, inquit affictus David. An in doloris gaudium, & cordolij refrigerium?

Psal. 79. 8.

Sic melius, proprios, quos sudi, combibo fletus: Inque suum recidit tuius unda sinum. Sic anima apud Hermann. Hugonem in Praefat. Gemituum: & Paulinus de Obi. Celsi, vers. 4. 2. succinit: Quis mihi suggereret lachrymarum ad luminaria fontem?

Paul.

Dadd 7. La.

Lachrymæ ex suppositione angustia, sunt cordis tristis lætitiæ sine exitu ad oculos, ex læticia gravior pena. Plorare lachrymas, quas egerit dolor, est in tristitia solacium: bibere lachrymas, sine fletu habere fletum: & potum Deus dat in lachrymis, ut levet vehementiam acris doloris: equidem pœna excedens omnes penas, habere fletum in illas, & unâ bibere lachrymas. David lachrymas dolens habet, sed in potum: Ieremias desiderat, sed in fletum: hic dolens gaudet, & ille solatio sine solamine dolet: siquidem anima premitur, angitur; si plorat, quin ploretur.

Illas bibere.

Thren. 1. 2.

Gravis pena arida lachryma.

Verf. 16.

Euripid.

Maiores Virgini dolor à fletu, quam à cruciatu.

Thren. 2. 12.

sum ullus cognoscatur, nemo. Virginis lachrymarum vidit cursum, factò corde pleno mari lachrymarum. Mare pectus, flumina planus: perveniunt à cordis pelago ad oculos, sed clausus exitus, ut lachrymæ præ dolore non videantur: siquidem ad locum unde exeunt, ut flumina revertuntur. Appositius, Mare habet terminos, quos prætere non potest, et si fluctum fluctus inisset: contritioque Virginis fluctibus confertur matris; quippequam amara lachryma nequamquam transivit oculorum littora. Mare, simulque fluctus habent studio in margine metam fixam, ne convertantur operire terram.

Cur similis mari?

Claudian.

Contentus litore Pontus, Non secus, et si aliter Virginis fletus lachrymarum cordis oculos constituitur litus: quò perveniens fluctus lachrymarum non pertransijt, ut revertens in centrum cor operiret. In mari lachrymarum, quæ egrediuntur terminum, non revertuntur. Mariæ revertuntur in pectus, ut perveniunt ad oculos: sepulcis lachrymis præ molestia amaritudinis; igitur fluctus, nec fluxus, videntur ex vi dolorum, quanvis pectus fluere & restiteret factum mare lachrymarum.

14. Materia, circa quam versatur intellectus sublimitas, est pulcherrima speciositas. Speciosum formæ præ filijs hominum qualem vidit? Dicit Nazianzenus ubi supra, Tam non serenum cerno oculum filij. Sic forma rara sic decens pulchri colorum. Mutatus oris? O ferum spectaculum! Nec quicquam nisi vulnus erat, qui oculos pulchritudine dulciter amœnabat. Undique manat error.

Nazianz.

Ferijt multo vulnere infelix decor. Qui modò paterni clarus imperij comes, Et certus hæres, siderum fulsi modò; Necdum dolentem sedulum potuit labor Expleri corpus: hoccine est forma decus? Quæ lachrymæ adequatæ in huiusmodi spectaculum? Cor plenum lachrymis sine fletu luminum. Innuat Psaltes Regius. Posuit ( inquit ) desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. En fletus cum refrigerio. In Virgine videtur sine hoccine refrigerio tota animi amaritudo. Oculi sunt illicæ & elices lachrymarum expressarum à corde: traduces fletus pro ægritudine solamine: fontes in doloris evacuationem, atque meatus, quæ pectus expellit amaritudinem. Unde dum fletus reconditur, summa fletus anima patitur; quia lachrymæ missæ in oculos ut flumina; præ dolore in oculis sunt aquarum stagna. Exitus inquirunt vagantes in pectore; magisque tunc anima gravatur, ama-

Pl. 106. 35.

Græce si lachrymarum flumina sunt in stagna.

amaritudinè; quippe in exitus currentes impetu magno dolorum, inveniuntur sine aqua in exitibus aquarum. Hic visum ob doloris ingenium, quod idem Vates expresserat ut miraculum. Posuit flumina in desertum & exitus aquarum in sitim: siquidem quæ deducta à dolore flumina insignia, versus oculos desertum, in quo impossibilis aqua. Sic ite cor exitus, dum habet, atque patitur lachrymarum fluctus: corque Virginis fletus ob inmentum dolorem, aquarum exitus oculos collocavit in sitim; igitur siccas plorans habebat pupillas, quasi non haberet lachrymas. Sitis defectus humoris est: haud inaruit deflens cor, sed sitim in oculis præ dolore collocavit; quippe non plorabat oculus, quasi lachrymas tireret.

Verf. 33.

Isai. 19. 5.

Virgil.

Ovid. Valer. Flac.

Virginis angustior lachrymarum fuer.

15. Fluvius ( Nilus ) sicabitur; vaticinatur Isaias. Nilus ita maximus, ut per seipsum catadupas in mare exoneret aquarum pondus.

Et septem gemini turbant trepida ostia Nilis. Ut modulatur Virgil. 6. Aeneid. verf. 800. quem sequitur Ovid. Epist. 7. & Valer. Argonaut. 8. Per septem Nilus portus effusus in aquas.

Quomodo ergo sicandus? Sine aqua non erit fluvius. Fluvius & siccus? Explicat, & continet planctus Virginis, quicquid involvit tormentum contradictionis. Nilam efformabat in pectore dolor; ita ut aquis amulari posset aquor: verum cum dolor magis acerbis; quando siccat lachrymarum fluvius; atque anima intrinsecus patitur, quàm ab exitu moles aquarum revertitur; equidem sicci apparent oculi in acerbis matris; cum, ut exoneraret tanti doloris fluera; adinstar Nili septem ostia necessaria. Aquæ indigebat afflictio pectoris pro lenimine doloris. Flumina elicit, exeta laniationibus anima scatebris occultioribus; verum illorum latèe in præcordiis foilum altissimum vulnus: igitur ubi aqua magis lachrymarum necessaria, abierunt in sicco flumina. Pende emphaticum verborum. Cur non dicit, flumina abierunt in siccum? Defecer post aquæ, atque flumina areneri, vel divortijs exicari.

Pl. 104. 41.

Juvenal.

Lumina sicca & lachrymis plena.

rum acerbis, verum in sicco abentia, versus fontes oculorum; quippe præ dolore in anima fletu plena, nec visa in pupillis udis ulla lachrymula.

Tanti periclitæ elades mali. Siccatit oculos, quodque in extremis solet. Rorere lachrymæ.

Senec.

16. Vitis iam fletus novus intellectus: expendendus voluntatis singularis & rarus. Stetit lachryma sine fluxu, quia Virgo staret: etiam quia Matris fletus stetit; quippe non minus debebatur flagranti amoris, quàm subtili intelligentiæ. Lachrymæ dicuntur manantes, à Silio Italico lib. 3. verf. 47. Sic lachrymis sensim manantibus. Ab Autonoe Edyl. 2. Lachrymæ lugentes. Nazianz. quò supr. Humen es lachrymæ. Huiusmodi lachrymæ non sunt matris, neque ex vi doloris amoris: equidem dum amor flet, oculis siccis solummodò plorat cor.

Qualis fletus voluntatis stit.

Sil. Ital. Avon. Naz.

Magnumque sub imo. Gorda premit gemitum, lachrymasque effundit.

Virgil.

Viso cadavere filij sine noxa à tyranno confofci, Pastor pater quid faceret? Luxit Sannè, sed non fleuit. Interim non lachrymas emisit, nec dolorem aliquo signo erumpere passus est; eo die quo filium extulerat, imò quo non extulerat. Refert Seneca 2. de Ira, cap. 33. & lib. 3. cap. 14. de Præxale, cuius filius coram illo à Cambyse telo tranfverberatus: Nullum emisit verbum, cum aquæ cor suum quàm filij, tranfivum videret. Ecce in patris corde doloris acerbis: largè scilicet flere, & suppressere lachrymas.

Senec.

Amoris lachrymarum que?

Idem.

17. Coram Virgine interficitur filius, & etiam mortui perfoeditur latus. Equè cor suum, quàm filij tranfivum videt. Quid mater? Nec verbum promit, nec lachrymam mittit, nec dolorem altè vulneratum cor aliquo signo erumpere passum est. Nonne dolet? Et intimè: cæterum plorat ut mater. Est ars doloris in lachrymis voluntatis: patiturque lachrymarum tormentum, quin signa mittat in vultum.

Sanguinis in facie non heret gutta. Nec lachryma: & animæ telis multiplicibus transixà? Voluntas non iuxta amorem & aquè dolorem fletet; modò luminibus fletum exprimeret. Plorans nequamquam plorabis: dicit Ierusalem Isaias. Implicat? Nequaquam. Intendit ploratum in dolorem amoris, & lachrymis voluntatis: equidem cum doloris voluntatis acerbis sic fletus magnus, quin erumpat in lachrymas; commendat fletum: sine fletu in fletu amoris signum; quippe in lachrymis voluntatem vulneratam non exprimeret, si plorans corde

Juvenal.

Isai. 30. 19.

Quomodo flet amor Virginis. Matris.

de lachrymis etiam ploraret. Ab! dicebat Virgo apud Nazianz. loc. cit. Quomodo te Rex deservero? Raro fletu, sine modo. Quavis flevit, plorans nequaquam plorabis: equidem plorantem genetricem de- decet lachrymæ, si videntur in palpebris expressæ: corde, Amor, uti observat Ethni- cus 5. Trist. Eleg. 1. v. 51.

Exigit, ut nulli gemitus tormenta sequan- tur.

Ovid.

Acceptoque gravi vulnere, flere vetat. Ubi celsus amor, intensior dolor: vulnus- que animæ usque in penitiora infixum, ex amore dolente repensione lachrymarum. Sicine Virgini Senex: quid expressius? Tuam animam (inquit) pertransibit gla- dius. Dolor acerbus, graves pœnæ, ama- ritudo in corde collocabant lachrymas in oculis; at oculi sine lachrymis: gladioque acutissimo doloris, anima transfiditur confossa Virginis. Matris; quippe dum amor dolet, usque ad animam pervenit, tormen- torum lachrymas habere indicem, nec illas posse contorquere in faciem.

18 Anima mea turbata est valde, pro- fert afflicto David. Gravis animi egritudo mordet, si usque ad animam pervenit. Unde ergo afflicto? Laboravi (subdit) in gemitu meo. Si flet, & largè flet, quomodo? Itacopia lachrymarum, ut possit illis lavare lectulum, atque rigare stratum: quam enim causâ in gemitu pœna, ita ut contur- betur anima? Ubi dolentes inveniunt dolo- ris subsidium, David invenit cruciatum, Cruciamen gemitus? Utique. Jam non labor in dolore, sed in indice: in gemitu, qui cor aggravat, quo levamine respirat; quando- quidem nulla maior angustia, & in maximo dolore, quam suspiria gementem suffocare. In lenimen cordilij datur à natura respira- tio, ut aliquomodo dulcescat amaritudo. Si suspirijs ex dolore non suffocatur pœna, ipsis gemitibus suffocatur anima: laborat- que anima gemitu, ubi nulla ex suspirijs in- termisio; quippe maximum quod sic in acuto dolore, non posse in ipsis suspirijs præ dolore respirare. Deinde: in aquis pœna, quæ fletum elicit, præ se fertur. Indicat vi- vidè consuetum, qui suffocatur. Conturba- tur homo, modò collocetur in peregrino elemento. Stat halitus vitalis hominis in reciprocatione hausti & emissi à pectore æ- ris. Si huius loco aqua sufficitur, homo statim abs respiratione moritur; equidem pro respiramine conferente vitam, intrant aquæ lachrymarum usque ad animam: Davidque gemens in gemitu laboravit, dum aqua fle- tus respiramina præcluse; quippequam in

Unde dolor ex doloris in dice, & non dolore.

Psal. 68. 2.

amplissimum cruciamen, ex aqua & in aqua lachrymarum confecti respirationem. Non est respiratio mihi: exclamat Manasses dolens. Quavis vivit, præ dolore non respi- rat: in gemitu amarissimè laborat; igitur suffocatur gemitum multitudine lachrymarum. Exigit doloris ingenium, quod nulli gemitus tormenta sequantur: exprimitque cordis icæ gravamen, ubi respirans, præ fletu non habet respirationem.

19 Denique. Gemitu David dolet, dum gemitus pœnam discit. Offia sunt oculi, quibus foras egrediuntur cordis lachrymæ: laboratque in gemitu, dum pungit viscera doloris amaritudo; quia lachrymis plenis oculis præ dolore, clauduntur ostia, quibus poterant egredi. Perferuntur. Dolor est in pœna, non in gemitu. Labor est ex vulnere, non in planctu. Uterque medicina, si internus languor: quo ingenio ex lenimine uterque labor & dolor? Suspirabat, quin audiretur. Ah! Gemitat anxie, quin referat. Heu! Vulnusque novum infigitur cordi facio, si gemitus sine gemitu. Dolor vulneris fomitem ministrabat in fletum, & copiosissimum; verum est uberes lachry- mæ, nullus fletus respondebat dolori: plo- rans non plorat: plorat, quin ploret ma- iorque dolor urget, quoniam si plorare plo- rando est afflictioni subsidium, sine lachry- mis flere, summum animæ tormentum.

20 Claret lachrymarum ex fletu volun- tatis transisse aquam usque ad animam Vir- ginis. Laborabat in gemitu, & laborabat in planctu, amoris cruciamine, quippe lan- guebat præ amore. Tolerabilior mors, quam isthac doloris ars: etenim si in suspi- rijs afflictionis respiratio, & angoris inter- misio; ex suspirijs taciturnis magis dolet, quia suspirando respirare nequivit. Causam indicat Gregor. Nazianzen. de Christ. pa- tient.

Enses, manusque verumid abest, tristisius Ut multa ducam lachrymarum suspiria. Quæ non timet mortem, cohortem despiciet & enssem. Non inde animæ gladius: aliunde gladius acutus; equidem suspiria ducta minimè ex virtute tam doloris, quam ex lachrymis. Ex lachrymis suspiria, dum illa mitigat lachryma? Profectò ubi fessurum in respiramen aëris refrigerium, sedit mul- titudo lachrymarum, claudens ostium: unde inhibetum præ lachrymis vel respirare suspirijs, ex quo intentus vulnus animæ; igitur angor ex novo scilicet vulnere, quod ubi fletu summergenda pœna, ibi in am- pliorem præfocarentur suspiria. Lachrymo- sa Virgo proponitur; Stabat Mater lachry-

Orat. Mana

Unde lachry- ma angustia

Acer crucia- tu sine gemitu gemitus.

Greg. Naz.

Virgini pu- na præfocare suspiria.

mosa. In illa iuxta Ambrosium, nec vita lachryma: Plorantem non lego. Utrumque verum. Dolor in fletum impulit, sed non ploravit. Amaritudo lachrymas ciebat, sed lachrymosa mater revocabat: quandoquidem lachrymæ voluntatis, etsi ad oculos dolore conductæ, nunquam videntur in oculis. Non se ostenderet matrem ex amo- te dolentem, modò lachrymas doloris propulisset in faciem: lachrymæ enim in matris pectore vulnerato, plus doloris indicant sine fletu.

21 Materia circa quam procedit vol- untas, est obiecti dilecti amabilis bonitas. Qualis dilectus! Vidimus eum, & non erat aspectus: despectum & novissimum, oirum dolorum. Non est species ei, neque decor, & quasi absconditus vultus; unde nec reputavi- mus eum. Heu! Visus adesse mihi, largosque effundere fletus. Hei mihi qualis erat! Quantum mutatus ab illo

Isai. 53.

Virgil.

Hectore, qui redit exuvias indutus Achilli, Vel Danaum Phrygiis iaculatus pappibus ignis! Squalentem barbam, & concretos sanguine erines, Vulneraque illa gerens quæ circum plurima muros Accepit patrios.

Huc retorquetur Virgil. 2. Æneid. à v. 271. Ipsa Virgo apud Nazianz. quo supra, sic lamentatur:

O expetita & singularis candidi Oris venustas! Nulla, qua generis prior Humani, imago picta nunquam lineis Ductis ad aliquem pictæ imaginis typum, Ut nunc ex ore tetro & aspectu: Horreo Te conspiciata, nec pati aspectans queo.

Gregor. Na- zianz.

Blesens.

Cur dolor ut igni.

Jerem. 9. 20.

Apertè à Blesensi dolor magnus confertur igni. Speciem ignis gerit, ait Epist. 49. Ignis etiam index amoris, qui filius voluntatis. Ignis pectoris magis augetur, quò magis opprimitur: conditionemque ignis rapit dolor ex amore voluntatis; quippe quò magis intra viscera reconditus, magis ac magis in cru- ciamen activus. Ignis nonnumquam fumo exploratur, quo oculus in fletum acrimoniam percucitur. Virginis dolor & cordis afflictio speciem ignis gerunt, sed sine fumo: etenim etiam ardebat fornax pectoris, nec ulla lachry- ma in oculis.

22 Egressus est à Ierusalem omnis dec- or eius, ita ut non esset pristina pulchri- tudinis species; dicitque eius siliabus Vates corfalso percussus: Docete filias vestras la- mentum, & unaquaque proximam suam planctum. Fœminæ profectò fletus modera-

trices, igitur plorant & volentes & nolen- tes. Fient, dum insidiantur: lachrymantur, dum mentiantur. Unde illud Ovid. 1. Amor. Eleg. 8. v. 83. & 2. de Remed. v. 294. Quin etiam discunt oculi lachrymari coacti, Ut fletent, oculos erudiere suos.

Ovid.

Student lachrymis, & est pars fraudis in illis. Artis est studium, quaque iubentur, eunt: igitur embolio Argolico & artificio, quo- que volunt plorant tempore, quoque modo. Ergo discendum lamentum, non so- lum ut pessandetur præficatum commentitium, sed ut in vero intermiscatur amarum. Singularis planè Universitas, qua oculus gut- tis ostendit, quicquid dolore cor discit! Quid ita, si natura suapte fertur in fletum, erit in illis lachrymarum studium? Ut in ipsis lachrymis promicet dira amaritudo cordis. Natura docet præ dolore flere, fletum con- ducens in oculos: dolor incit, sed minimè dolor magnus: fœminæque plorantes plo- rare docentur; ut nullum iolatum sit in plo- ratio lachrymarum, sed moror dolentium cordium: quandoquidem minimè pungun- tur intrinsecâ pœna, modò in plorantium oculis appareat lachryma. Studium neces- sarium consulentibus fletu dolori, & non doloris solamini: docendaque lachrymæ amoris lachrymis, ab his quæ plorant dun- taxat dolore amoris; quippequam in lachrymis comprimere fletum, totum amoris lachrymantis studium.

Lachryma fœminæ sal- sa.

Quale sta- dium amo- ris in lachry- mi.

23 In pectore Matris-Virginis, thro- no excelso Deitatis, in huiusmodi articulo visum quod olim, Mare simile crystallo. Crystalla, quæ obijcitur mare, fabrefacta industria hominum: ceterum mare, uti crystallum non visum. Mare utique liqui- dum, crystallum verò conspicitur coagu- latum. Illud tempestuosum, hoc serenum. Mare aqua agitata continuo motu: crystal- lus, aqua solidata sine fluxu & sine cursu. Unde ergo mare crystallo simile? Ex amoris flentis acerbissimo dolore. Hic mare lachrymarum efformat, quod pellit in oculo- los; sed præ dolore stat fletus, ut constet voluntatis, quicquid fessurus in oculis, au- cta Virginis acerbitate, lachrymarum re- pressionem: igitur in pectore manebat tan- quam crystallum concretum, totam mare procellosum lachrymarum. Quod uti mare in abyfso amplissima pectoris, riguit arte doloris in oculis, equidem cum amor fletet, qui præ dolore & pro dolore fletum ab oculo- lis amover; in corde Virginis, dum incit amaritudo, mare prorsum, verum simile crystallo. Planctus fœnæ rarus, ceterum amoris dolori congruus.

Apoc. 4. 6.

Virgo cur in fletu similis crystallo?

Con-

*Congelat interdum lacrymas duratque, tenetque.*  
 Ovid. *Suspensaque oculis fortior ictus agit.*  
 24 Vidimus fletum novum, & rarum flantis Matris & Virginis: iam proferendus heroicis eiusdem iuxta crucem. Itantis. Lachrymæ visæ voluntatis & intellectus reit hinc memoria planctus. Dolor pungens memoriam, in lachrymationem misistabat materiam: verumtamen vel copiosa materia, nec visæ in Virgine ulla lachrymarum forma. Quia multum sentiebat, non plorabat. Inerat dolor cruciamine artis, & Virgo tantâ arte aluit memoriam doloris; quod in memoria etiam collocatâ penâ, pena doloris in fletum exalaretâ memoria. Si explicaret fletus, indicaret memoriam amaritudinis: unde tacet, quia doloris applicabilis. Nec ulla hinc doloris significatio in peccatoris horologio. Dolor lacrimavit memorem, quin ostenderet ista memoria dolorem. Hæcine crux Virginis, & dolor in lachrymis: equidem nullam habuit in passione maiorem penam, quam nullo modo posse explicare memoriam.

25 *Eris tacens, & non poteris loqui;* dixit Gabriel Zacharie. Artè punit, si linguam dolentis lege doloris ligavit: equidem acris in pena cruciamen, nec posse emittere vocem. Adhuc est dolor dolore maior; quippe non extremus in extrema afflictione, nisi actatam privati linguæ. Videris. Zacharias idem ac *Memoria Dei* vel *Domini*. Consule Hieronym. de *Nomin. Hebæis*. Afflictio summè Zachariam affecit, sed linguâ ligata tacuit; & tunc internus innotuit dolor: quandoquidem nullus in genere amaritudinum maior; quam habere intrinsecus memoriam torquentis penæ, quia polysit exprimi penâ a facultate memorie. Molestudo sanè dira, quando vultus tantum loquax. Non fleuit, & ictus valuit, quo dolens magis doleret: equidem in angore nec habuit lachrymam, qua ictum diceret memoriam. In Virgine iuxta crucem stante huiusmodi videtur angor, & huius angoris tyrannus dolor. Vigilabat memoria Dei & amissi. Vigilabat, ceterum fletus dormiebat: equidem in memoria, atque iacturâ tantâ nec vox audita. Quid vox? Dicitur iuxta crucem crux: igitur ita dolor acerbus, ut ab ullo audiretur nec lingua vultus. Sentiebat plorans, & plus cruciabat sensus, quoniam sine planctu planctus. Lachrymæ sunt interpretes dolorum: oculi loquuntur tantum voce lachrymarum; quippe natura per lachrymas, linguas infantium fecit facundè difertas. Non est idioma ma-

gis incognitum, quam cruciaminis; etenim in singulari est diferta conditio. Interpres, conciliatrix est lachryma, conficiens simul & delectans diversa idiomata. Quicquid tacite sentit pectus, explicat planctus, illis non poterit tantas deslere ruinas: modumque vertit, dum cor erumpit sine lachrymis in fletum; quippe dolores excessere modum. Ultra *flumina Babylonis* (ut dixi *Didasc. præced. n.6.*) plorant filij Israhel. *Ibi sedimus & flevimus.* Si federe idem ac plorare, ut delicabimus suo loco; sonat sententia palliologicè: *Ibi flevimus & flevimus.* Tantus planctus, tanta lachryma, quod flueret ab oculis ultra flumina? Erat scaturigo memoria. *Dum recordaremur*, inquirunt: & suspiciunt pro lenimine, ultra flumina plorare; quippe miscere lachrymas lachrymis, perfigium consistit miseræ recordationis: fletu sanè memorie cedit rigor, & labescens removetur dolor. Quid iuxta crucem Mater, etiam facta velut mare cordis contritione? *Plorantem non lego*, inquit Ambrosius. Quare afflicta & memor Virgo non flet, si memoria pungit cor? Quia fletus causa non erat ex memoria, sed in memoria. Si ex memoria, refrigerium: si in memoria, acris martyrium: equidem dolor nutrit angustias, si cor intendit sepelire lachrymas. Totam in dolorem Virgo memor incubuit, & lachrymando non flevit: igitur quas cor afflictu ac vulneratum plorabat, memoria lachrymas denud in pectus reducebat.

26 In idiomate Latino nomen æquivocum *Memoria & Sepulchrum*. Univocum in pectore Virginis, virtute & arte cruciaminis: igitur si ex memoria dolor fletum efformat in iudicem; memoria sepeliebat sine fletu dolorem. E pectore egrediuntur, ut hauriant oculi, ceteram ad crucem Virginis lachrymæ latent in pectore, plorante memoria & non plorante, ut magis ac magis conficeretur dolor: quandoquidem harum, quas ducere debet in oculum, in corde dolens fecit memoria sepulchrum. Olim in memoriam elati, super sepulchrum lachrymabantur amici. Quare *Tibullus lib. 3. Eleg. 2. v. 25.* inquit: *Et nostrum memores lachryma fundebat eodè.* Dum memoriam recolabant, simul negabant: igitur humato cadavere, arefcebant oculi, & sepeliebantur lachryma. Fletus à natura institutus pro sepultura doloris: fletus verò in corde Virginis: equidem ut esse acerbius, fletum sepelivit dolor. Patuit artificium, arido fletu: etenim eo cogitato à natura, quo dolores sopirentur, a carnifice memoria, quæ ingulata, lachrymæ sepeliebantur.

*Quid ergo tam impotentes, ò Domina, Fletus ab imo pectore ductis, neque Oculos gravatos lachrymis sursum erigis?* A memoria factum esse fletus impotentis; quippe non egrediebantur ab oculis. Per venerunt ad partem per dolorem, verum parienti palpebræ non habuerunt facultatem: igitur si in memoria angor animæ collocat fletum, prius disponit lachrymarum sepulchrum.

27 Enthusiasticè, nescio quo numine, proculit Seneca in *Agamem.* v. 660. *Lachrymas lachrymis miscere iuvat. Magis exurunt quos secreta lacerant. Iuvat, in medium deslere suos. Nec enim quantum dura Virago, Patiensque mali, poteris tantas Flere ruinas. Non est lachrymis modus, Quia que patimur, vicere modum.* Est discrimen inter lachrymas excitas, à memoria, & stantes in memoria. Si à memoria anhelis cordis, quod angore ploratis

lachrymas lachrymis miscere iuvat. Magis exurunt, si secreta lacerant, nimirum si in memoria subsideant: equidem vel dura virago, patiensque mali, per multas lachrymas, illis non poterit tantas deslere ruinas: modumque vertit, dum cor erumpit sine lachrymis in fletum; quippe dolores excessere modum. Ultra *flumina Babylonis* (ut dixi *Didasc. præced. n.6.*) plorant filij Israhel. *Ibi sedimus & flevimus.* Si federe idem ac plorare, ut delicabimus suo loco; sonat sententia palliologicè: *Ibi flevimus & flevimus.* Tantus planctus, tanta lachryma, quod flueret ab oculis ultra flumina? Erat scaturigo memoria. *Dum recordaremur*, inquirunt: & suspiciunt pro lenimine, ultra flumina plorare; quippe miscere lachrymas lachrymis, perfigium consistit miseræ recordationis: fletu sanè memorie cedit rigor, & labescens removetur dolor. Quid iuxta crucem Mater, etiam facta velut mare cordis contritione? *Plorantem non lego*, inquit Ambrosius. Quare afflicta & memor Virgo non flet, si memoria pungit cor? Quia fletus causa non erat ex memoria, sed in memoria. Si ex memoria, refrigerium: si in memoria, acris martyrium: equidem dolor nutrit angustias, si cor intendit sepelire lachrymas. Totam in dolorem Virgo memor incubuit, & lachrymando non flevit: igitur quas cor afflictu ac vulneratum plorabat, memoria lachrymas denud in pectus reducebat.

*Magnum dolor memoria recordant immemor.*  
*A Virgine sepulchre lachryma.*  
*Memoria mortui difficit.*  
*Tibull.*  
*Quomodo memoria virginis dolor ex fletu?*  
*In Virgine fatum fletus hinc dolore.*  
*Nazianz.*  
*In Virgine fatum fletus hinc dolore.*  
*Senec.*

28 *Recordatus Petrus verbi Domini, & egressus foras flevit amare:* id est, largissimè: ita Lucas. Marcus autem, *Cæpit flere.* Si tantum flere cepit, quomodo largè? Subit mentem, apud Antiquos totum mare dici *Lachrymam Saturni*. Vide Athanas. Kircher. in *Obelise. Pampbil. lib. 3. cap. 6.* Apud Petrus flevit largè, & duntaxat cepit flere: equidem tanta illi ex peccato penâ, ut totum mare videretur lachrymula. Si mare facti Petri oculi, & propriè, præ fletus amaritudine, quomodo duntaxat flere cepit? Phrasis ostendit Petri ex ipsa abundantia fletus. Principium est, dum lachrymæ apparent in oculis: flere, dum guttatim prolabantur è palpebris: at cum nolisset ob acriores cruciatu, lachrymas egredi oculos; largè flevit, & quia largè, non ploravit: siquidem aggravat amarissimas penas, si flenti fletus non egredietur foras. Quoniamque foras egressus, nullus fuit planctus. Antequàm egredieretur, defectiois factæ recordatus est: sed voluit amare flere initio recordationis; quia plorabat sine lachrymis. Ploravit, & flere cepit. Ergo ploravit & non ploravit. Sicine? Sanè. Lucas intendit in plan-

ctum, Marcus in modum. Modus, quia cepit flere, quin ex oculis egredieretur lachryma. Planctus, in eo quod lachrymarum mare esset in corde: at cum lachrymis non visis aspicientibus fletum, sic duntaxat lachrymarum principium; ploravit & non ploravit: ploravit, quia cor in mare fletus convertit: & non ploravit; quia noluit fletum eruere è vinculis oculorum, etsi cor amaritudine esset mare lachrymarum.

29 Occurrit curioso dubium. Cur nimirum planctum amarum ploravit Virgo, & quod amarè ploraverit, tantum dicitur de Petro? *Flevisit amarè.* Adverbium indicat modum, amaritudo spectat ad fletum. Alia est in re amaritudo, & alia in modo. In modo, si lachrymæ apparent, etsi non fluant: in re, dum minime promittant, sed revocantur, ne apparent: de Petroque dicitur, quod amarè ploraverit; quia flere cepit. Unde Virginis fletus in re & in modo fuit planctus omnino amarus; quippequam in tanta cordis vulnerati amaritudine, nec flevit, nec cepit flere. Non cor ex fletu amarerefecerit, modò lachrymas apparete permitteret. *Fac tibi planctum amarum*, dicit Ieremias Ierusalem dolenti, & afflictione percussa. Fecit atque? *Plorans ploravit in nocte, & lachryma eius in maxillis eius.* Continuo, abundè ploravit, sed planctum amarum lachrymando non fecit. Tot fluenta lachrymarum amarum non faciunt fletum? Non faciunt. Amarè effudit lachrymas, sed non amaras, etsi ploravit plorans. Nequibat amarus esse planctus in mari cordis, in maxillis visis lachrymis. Amarè planctus sit memorie angore, si apparent pupillis lachrymæ: verum est planctus amarus, quando natans in lachrymis arefcit oculus: visifque in maxillis lachrymis, planctum iubet facere, & plenum amaritudinis; ut anima magis doleat, ex quo respirat: siquidem summa amaritudinis in cordis angustiam, lachrymas habere, & non effundere lachrymam.

30 Materia circa quam versator memoria, est gaudium. Micat ne in memoria Virginis alicuius gaudij signum? Quale gaudium, si memoria in tristitia vel rapuit fletum? Iosepho enim ex memoria *crumpebant lachrymæ*; & quia continere non valuit, denique flevit. Quid faceret tristitia, plorans in gaudij præsentia? Maria tabescit anima, & tabescit non dolore, sed memoria: *Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.* Dolor quaritur acerbus, ac in memoriam solummodo fit recursus: igitur si memoria amara suspendit fletum, & materia circa quam versatur, est gaudium;

etum, Marcus in modum. Modus, quia cepit flere, quin ex oculis egredieretur lachryma. Planctus, in eo quod lachrymarum mare esset in corde: at cum lachrymis non visis aspicientibus fletum, sic duntaxat lachrymarum principium; ploravit & non ploravit: ploravit, quia cor in mare fletus convertit: & non ploravit; quia noluit fletum eruere è vinculis oculorum, etsi cor amaritudine esset mare lachrymarum.

29 Occurrit curioso dubium. Cur nimirum planctum amarum ploravit Virgo, & quod amarè ploraverit, tantum dicitur de Petro? *Flevisit amarè.* Adverbium indicat modum, amaritudo spectat ad fletum. Alia est in re amaritudo, & alia in modo. In modo, si lachrymæ apparent, etsi non fluant: in re, dum minime promittant, sed revocantur, ne apparent: de Petroque dicitur, quod amarè ploraverit; quia flere cepit. Unde Virginis fletus in re & in modo fuit planctus omnino amarus; quippequam in tanta cordis vulnerati amaritudine, nec flevit, nec cepit flere. Non cor ex fletu amarerefecerit, modò lachrymas apparete permitteret. *Fac tibi planctum amarum*, dicit Ieremias Ierusalem dolenti, & afflictione percussa. Fecit atque? *Plorans ploravit in nocte, & lachryma eius in maxillis eius.* Continuo, abundè ploravit, sed planctum amarum lachrymando non fecit. Tot fluenta lachrymarum amarum non faciunt fletum? Non faciunt. Amarè effudit lachrymas, sed non amaras, etsi ploravit plorans. Nequibat amarus esse planctus in mari cordis, in maxillis visis lachrymis. Amarè planctus sit memorie angore, si apparent pupillis lachrymæ: verum est planctus amarus, quando natans in lachrymis arefcit oculus: visifque in maxillis lachrymis, planctum iubet facere, & plenum amaritudinis; ut anima magis doleat, ex quo respirat: siquidem summa amaritudinis in cordis angustiam, lachrymas habere, & non effundere lachrymam.

30 Materia circa quam versator memoria, est gaudium. Micat ne in memoria Virginis alicuius gaudij signum? Quale gaudium, si memoria in tristitia vel rapuit fletum? Iosepho enim ex memoria *crumpebant lachrymæ*; & quia continere non valuit, denique flevit. Quid faceret tristitia, plorans in gaudij præsentia? Maria tabescit anima, & tabescit non dolore, sed memoria: *Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.* Dolor quaritur acerbus, ac in memoriam solummodo fit recursus: igitur si memoria amara suspendit fletum, & materia circa quam versatur, est gaudium;

Eccc gau-

*Diversitas amore flendi, & fletus amari.*  
*Ier. 16. 26.*  
*Thren. 1. 21.*  
*Discrimen lachrymarum Petri & Virginis.*  
*Gen. 46. 30.*  
*Memoria Virginis lacrimata sine lachrymis.*  
*Thren. 3. 20.*

gaudij in eius memoria nullum apparet ve-  
lligium.

*In iuria parere novam solet,  
Et subsequitur lachrymas lachryma altera,  
Quis nec modus sit nec numerus ullus: malo  
Nam semper aliud crescit in pugnam comes.*  
Nazianz. Succinit Nazianzenus, quo supra. Lachrymas  
altera sequuntur lachrymae, verum in me-  
moriz fonte, quo si amittitur gaudium,  
memoria suspendit in amplioem plantum,  
fletum. Dicit vel Erhnicus Epist. 21. v. 109.  
Cum mihi, nescio quis, fugiunt tua gaudia,  
dixit;

Ovid. *Nec me flere diu, nec potuisse loqui.  
Et lachrymae detraunt oculis.*

Mich. 1. 10. *31 Lachrymis ne ploretis: dicit Mi-  
chazas clade quallatis Israeilitis. Nolite an-  
nunciare. Si itrares tolerata, fletus eius in  
memoria, inebriata amaritudine; verum no-  
lite annunciare: igitur amarus minimè fle-  
tus habetur, quado lachrymis cognoscitur.  
Non facile sine lachrymis plorare, si  
lateret ad huiusmodi fletum ars memoriae,  
qua conficitur lachrymarum amaritudo  
tam in planctu, quam in modo: equidem  
fluent à corde lachrymae amaritudinis, si la-  
chrymae desunt oculis. Dicit contextus:*

Verf. 12. *Habitat Ierusalem in amaritudinibus. Ergo  
nunquam & nusquam ploret oculus; quip-  
pe longè ab acerbitate memoriae si appa-  
ret lachrymae. Ierusalem iacebat in pulve-  
re, deturpata venustate, unde dicebant:*  
Tren. 2. 15. *Haecine urbs perfecti decoris, gaudium uni-  
versae terrae? Viderunt gaudium amissum,  
atque continerunt fletum: quandoquidem  
ni continerent lachrymas intra oculorum  
chelam, plorantem non exprimeret amari-  
tudo memoriam.*

*32 Aptius in propositum. Duo fontes  
mirz conditionis signantur à Malolo, Tom.  
1. Dier. Canic. Colloq. 13. Plin. lib. 2. c. 97.  
& 103. ac à Ravil. Textor. 7. Officin. c. 14.  
scilicet unus in medio maris dulcis, & alter  
in medio dulcoris aquarum cum acerbitate  
maris. Speculum sunt doloris lachryma-  
rum à memoria & in memoria, queis le-  
vatur vel affigitur anima. Fontes sunt lachry-  
mae, excite ex dolente corde. In aliquibus  
fletus fons aquae dulcis in nitro maris. In  
alijs fons aquae amarae in lachrymarum dol-  
cedine. His plorantibus tormentum: illis  
tormenti perfugium: igitur mare cordis ha-  
bet dulcedinis fluxum ab oculis; ubi sine  
naturali optabili fluxu, abest à fletu lachry-  
mationis dulcedo. Dum concessum Israeli-  
tis plorare, erat gaudium in mœrore; quo-  
niam inventa in palpebris fontes & dulces  
etiam in mari doloris. Verum sine lachry-*

Unde lachry-  
marum dul-  
cedo & ama-  
ritudo?

Fontes mi-  
risci.

mis, dum permittitur fletus, constat ama-  
rissimus plantus: equidem tendit anima in  
plantus amaritudinem, si non habuerit la-  
chrymarum dulcedinem.

*33* Iam non promicat, sed elcet ama-  
ritudo Virginis, ubi memoria ista flet sine  
lachrymis. Erumpentibus lachrymis Iose-  
phus flevit; sed dulciter flevit, & non cor-  
dis amaritie, quia eruperunt lachrymae.  
Quavis lachryma per dolorem; felix  
Quae dulcem curis miscet amaritatem.

In Virgine totum in memoria lachrymante  
tormentum, & acerbitas penarum: equi-  
dem fletibus, & sicis oculis, rapuit memo-  
ria totum dulcorem à lachrymis. Non sol-  
um amarè flet, sed fletum amarum deplorat  
Virginis cor: quippe quam si ploranti-  
bus oculis, sunt lachrymae dulces; noluit  
Virgo dulcedinem prabere lachrymis.  
Amarè plangitur, dum oculi incipiunt, sed  
cessant à fluxu. Amarum plantus cognoscitur,  
si non cognoscitur plantus: si non fletur  
quod ploratur. Dolor est sicut mare, à  
quo derivatur fletus fons pertuso corde. Si  
plorans plorat, & fletus inest maxillis, fons  
dulcis in medio maris. Si plorans oculos  
lachrymis aggravat, quin illis pateat, quod  
anima plorat; sunt lachrymae amarae in dul-  
cedine lachrymarum sine dulcedine: Virgo-  
que amara sine dulcore fletus amarissimè  
usque ad animam pungitur; quippe sine fle-  
tu ex oculis uberrime lachrymatur. Memori-  
a filij amissi elicit à corde fletum, qui  
mansit in corde: verum cum plorare sic di-  
rior sit pectoris crux; iuxta crucem fletu  
(dolentis qui mira dulcedo) quippe non  
egressus foras, Virginis amaritudo.

*34* Vidimus eius plantum novum, ra-  
rum, & heroicum, plorantibus prae animae  
amaritudine memoria, intellectu, ac vol-  
luntate. Dolores inferni circunderunt ma-  
trem, dum vidit filium patientem. Illuc  
igitur pervenit cordis amaritudo: verum  
quomodo? Qui ibi patiuntur, aeternis pe-  
nis mittuntur in caminum ignis: Ibi erit  
fletus. Poena sanè summa, ut ploret anima.  
Exponenda cuncta. In caminum ignis. Do-  
lor ex igne, & magis ex conditione. Ignis  
conditio, est urere & lucere. Utio in affli-  
ctionem, lumen in visus amenitatem: in  
inferno tantum ardet & non lucet: signatur-  
que excessus singularis cruciaminis, in con-  
ditione istiusmodi ignis; quippe habens  
quo conferat voluptatem, solum ministrat  
quod conducit in dolorem. Materia circa  
quam versatur intellectus, uti dixi Did. 3.  
num. 2. est fœditas & pulchritudo. In quam  
Virgo intenderet pulchritudinem, objicien-

Catull.

In lachry-  
mis Virginis  
necquid dul-  
cedinis.

Ex fletu for-  
mata crux.

Psal. 17. 4.

Mat. 13. 50.

Inferni igni  
conditio.

Quo pacto  
in Virgine  
dolores in-  
ferni?

te intellectu solummodo in passione fœdi-  
tatem Materiam voluntatis est bonum & ma-  
lum. Quomodo respectura bonum, quae  
solum intuebatur gnatum à malicia crucifi-  
xum? Denique memoriae materia constat  
gaudium & tristitia. Quid gaudij in affli-  
cto corde, in tristitiam quod plenum ama-  
ritudine? Incompletè objiciebatur singula-  
rum potentiarum materia: unde anima do-  
loribus inferni undecunque vallata; quia  
unaquaque duntaxat ministrabat, quae ad  
cruciatum pertinebat: unde anima amara  
& summe afflicta: eò quod refrigerio pri-  
varetur, quod in ipsa materia doloris conti-  
nebatur.

Qualis &  
unde in in-  
ferno fletus?

*35* In inferni penis doloris amplius. In  
caminum ignis: ibi erit fletus. Fletus in in-  
ferno? Unde? Fletus animae, & etiam  
summa afflictionis; quippe plorat sine la-  
chrymis. Infernus dicitur, ubi dolor acer-  
bior: in fletum provocat dolor; sed anima  
quae patitur penas, misera non habet un-

de exciverit lachrymas: signaturque fletus  
uti excessivus cruciatus; quoniam tormen-  
tum inferni, plorare velle & non posse. Erit  
sic Virginis plantus? Quia quod debe-  
bat oculus, retinuit pectus? Quia sine  
fletu ploravit? Quia nec plorans lachry-  
mari cepit? Quia illachrymavit multum,  
eò quod nullum fecit plantum? Quia plo-  
rare voluit, & nequivit? Sanè: dolor uti-  
que inferni, sine plantu lachrymari. Ul-  
tra processit amaritudo, & faucij cordis  
afflictio. Sic & aliter inferni dolor, &  
lachrymationis labor. Fletus animam in  
inferno angit; quia flere vult & lachry-  
mari nequit: tormentum Virginis in tor-  
mentum est acerris cruciaminis: igitur  
dum fletum dolor intimus formavit; po-  
tens flere, in fletum acerbioem flere no-  
luit. Ita passio, ita compassio, ita faucia  
animae afflictio; ita

Quomodo in  
Virgine a-  
crior?

Ante sepulchrales infelix affixit aras,  
Cuius complexa sui corpus miserabile nati.

Ovid.  
Virgil.

